



**Andreæ Vallensis Vvlgo Del Vavlx Andanensis, I. V. D. Et
In Alma Academia Lovaniensi SS. Canonum Professoris
Ordinarii, Paratitla Ivris Canonici Sive Decretalivm D.
Gregorii Papæ IX. Svmmaria Ac ...**

Delvaux, André

Coloniæ Agrippinæ, 1686

3. Quomodo & ubi instrumenta edi debeant.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62177](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62177)

quaest. c. 22. n. 3. Secundò, si instrumentum eius modi longo tempore inter partes fuerit observatum, & in iudicio pro tali sepius habitum atque exhibitum. Tertiò, si agatur de modica summa. IV. si recipiat aliquid fomentum vel supplementum unde haberi debeat quasi authenticum, ut quia alia administracula, veluti quod scribens sit vir bonae opinionis & famae & solitus semper scribere veritatem, quod vir sit legalis, summa praeditus integritate, & scriptura continueat veri similia. V. si sit juramento confirmatum VI. si inter partes convenerit, ut instrumentum privatum plenè probet; prout convenire potest cum, quod scriptura privata non probet, introductum sit favore partium, cui renuntiare postulet. Denique si ab adversario scribentis approbatum sit, etiam plenam fidem facit, nec non sit testimoni subscriptione munitum, l. *Publica* 26. §. *fin. in fine D. Depositis.*

5. At vero contra scribentem, si causam expi-
sam habeat, ex qua debitur peitur veluti ex
mutuo, ex empto, locato, &c. plenam fidem fa-
cit, etiam nullo teste adscripto, modò tamen is,
qui scripsit, fateatur se scripsisse, quia quisque
debet sua confessioni contra se stare, l. *Generali-
ter Cod. Denon numer. pecunia.* Sin autem causam
expiassam non habeat, tum licet is, qui scri-
psit, fateatur se scripsisse, amen non probat ad-
versus scribentem, nisi semiplenè. *Sic cautio 14.
b. r. l. cum indebito D. De probat.* quia censetur in-
diceret scripsisse; & propterea adversario in-
cumbe probare causam, ex qua debeat is, qui
scripsit d. c. *Sic cautio.*

§. III. Quomodo & ubi Instrumenta edi de- bent.

1. *Edi debent in iudicio parte citata usque ad con-
clusione in causa.*
2. *Non vero post conclusionem.*
3. *Exceptio.*
4. *Interdum pars citatio necessaria non est.*
5. *Interdum etiam ante litem contestatam produci
debent.*

1. **A**d hoc vero ut probent instrumenta, edi-
fice produci in iudicio debent, instar a-
llorum probationum: & quidem parte citata-

ta, ac post litem contestatam; alias non pro-
bant. Quamquam in eo differant à reliquis pro-
bationibus, quo ad productionem, quod produ-
ci possint non solum in termino probatorio, sed
intra terminum, intra quem examinari testes
oportet, sed usque ad conclusionem in causa, c.
Gum dilectus q. En ibi D. hoc sit. quia in hac pro-
ductione non subest metus subordinationis, qui
subest in testibus: nisi forte *Judex prescrip-
terum tempus, intra quod instrumenta omnia
edi debeant.*

2. Post conclusionem vero in causa produci
amplius non possunt, quia is est terminus ex-
clusivus omnium probationum, cum facta con-
clusiones in causa lique dicatur, *juxta Glos.
c. Significaverunt V. liquere & ibi Felin. sup. Di-
testibus Sic etiam produci nequeunt, quan-
do expresse renuntiatum est omnibus proba-
tionibus.*

3. Hoc tamen fallit; Primò, Si ex iusta-
qua causa *Judex*, postquam conclusum est
causa, admittere ea velit, quia quo ad Ju-
dicem numquam in causa concluditur, ideoque
conclusionem resindere & ulteriore proba-
tionem partibus injungere potest, cap. *Cum
Ioannes 10. En ibi Glos. & Felin. n. 12 b. 1. par-*
temque interrogare non solum ad declarationem
retroactorum, verum etiam ad fundandam de
novo intentionem partis, in vim novæ proba-
tionis, arg. d. e. *Cum Ioannes.* Secundò, Si pro-
ducens instrumenta fidem faciat juramento,
ea demum post conclusionem in causa veniente
ad suam notitiam, facta prius diligenter inqui-
sitione, c. *Pastoralis inf. De except.* Adhuc
autem juramentum praefandum opus est spe-
ciali mandato in procuratore, ut illud praetor
nomine domini, & in animam eius. Tertio,
in causa matrimoniali, in qua sententia, maxime
contraria matrimonium lata, nunquam tran-
sit in rem judicatam, c. *Lator 7. En ibi Glos. inf.
de re judic.* IV. Quando instrumentum non ad
probandum, sed ad priores probationes de-
clarandas profertur: quia alias prohibitus
probare, non veteratur probationem à se factam
declarare. V. In criminalibus, in quibus
non concluditur in causa quoad reum, quia
semper ad sententiam usque possit eius inno-
centia detegi; idque favore defensionis recep-
tum est, VI. Si ex beneficio restitutionis in in-
tegrum

legum subveniatur minori, vel Ecclesiæ, aut eum majori, ex clausula generali, *Si qua mibi ipsa &c. VII.* In causa appellationis possunt instrumenta produci, quibus in priori in statu obstarat conclusio, *juxta l. Per hanc ubi com- muniter DD. Cod. De temporibus appellat. VIII.* Dicta regula procedit in probationibus facti, non etiam probationibus juris, quibus per conclusionem non censetur præclusa via; sed leges semper allegari possunt, modo ad hoc non pertinente nova dilatio, quæ ester deneganda IX. In causa beneficiali, secundum aliquos X. Fallit quo ad recognitionem sigillorum, nam fieri possunt probatio post conclusionem in causa. Deinde si facta sit conclusio cum clausula. *Sal- ta reproductione scripturarum & alii casibus.*

4. Subinde etiam non requiritur citatio partis; veluti quando instrumentum producitur ad solam instructionem Iudicis, vel fit productio in fine termini, aut intra terminum, datum ad producendum scripturas seu instrumenta, vel ad probandum per omne genus probationis.

5. Similiter interdum produci debent antelitem contestatarum: ut si in libello facta sit mentio instrumentorum: nam tum illa una cum actione, adversario pertinet edenda sunt: *l. i. f. 1 & fin. D. Deedendo. Quamquam instrumentum cum li- bello productum, non probet, nisi post litis con- testationem in vim probationis reperatur seu producatur.*

§. IV.

Qualiter & cui edi debeant.

1. *Edi dabit ipsum originale instrumentum.*
2. *Aut exemplar, jussu judicis inde de sumptum.*
3. *Et quidem judicis totum. parti solum capitulum de quo agitur.*
4. 5. *Quæstio, an reus actori tenetur edere instru- menta.*
6. *Quatenus tertio alieni edendum sit instrumen- tum.*

¹ *P*roduci etiam debent ipsa instrumenta originalia, quia exemplis seu exemplaribus eorum regulariter non creditur *cap. 1. b. 2. lib. 2. D. ed. * 2.* nisi auctoritate Iudicis exemplaria sunt, concurrentibus iis, que supra *§. 2. num. 1. ad exemplarionem requiri diximus. Potest ta-*

men producens, originali semel exhibito, eoque recepto relinquere in actis copiam authenti- cam, ne forte ipsum originale aliquo casu per- datur vel surriptatur. Nisi instrumentum sit ori- ginae mandati procuratorii; nam hoc, si sit sim- plex, relinquere in actis debet, neque alias probat. Si plura continet capita & mandata ad plures causas, debet originale restituere producenti, & registrari in actis ea pars mandati, quæ ad cau- sam facit.

3. *Edi autem instrumentum oportet ipsi Iu- dici, & quidem totum; parti vero eius tantum capitulo copia danda est, de quo moveretur que- stio, &c. Coningit 5. h. t. restituto originali instru- mento.*

4. *Cæterum an reus actori sua instrumenta c- dere tenetur, ad fundandam eius intentionem, quarti potest. Et dicendum, prout superiorius in- sinuavi 1. ad Tit. De probationib. §. 3 n. 6. non teneri edere ea, quæ ibi propria sunt, seu quæ suis sum- pribus redemit arg. cap. 1. in fine sap. De probat. quia neque juris neque æquitatis ratio permit- tit, ut quis in vitiisarma & tela quibus confodia- tur & confriciatur, adversario suo tradire cogar- tur. Qui accusare 4. Cod. de edendo, l. *Nimis grave* 7. Cod. De testib. Secus si sint communia v. g. communibus sumptibus confecta, vel testamen- tata inter heredes ac legatarios: quorum nomine comparata sunt duo edicta Primum, Detribulis exhibendis, adversus eum, qui negat, se testa- mentum habere vel asserte se exhibere non posse: alterum, *Quemadmodum testamenta aperi- antur: adversus eum, qui non diffitetur testamentum apud se esse, quo casu compelli potest, ut aperiat, toto tit. D. & Cod. Quamamodum testa- menta aperiantur.**

5. *Sed cur, inquires, minus reus tenetur edere instrumenta sua actori, ad fundandam eius intentionem, quam actor sua reo, ad fundan- dam eius exceptionem, *juxta l. Non est novum 5. Cod. De edendo;* præsertim cum reus in suis ex- ceptionibus sit actor. *l. in exceptionib. 14. D. De probat.* Respondco, quia licet reus in sua excep- tione sit actor, tamen est actor necessarius, & ut ita dicam, invitus, cum non sit in eius potes- tate, an & quando conveniatur, *l. Pure §. ult. D. De dolim alicui except.* uti est in potestate actoris, an & quando velit convesire reum, seque præmunire probationibus sufficientibus: ac*

Bb 3 proin-